



SERENISSIMO  
 COSMO MAGNO  
 ETRVRIÆ PRINCIPI

CAROLVS RENALDINIVS F. P.



ANTI refert, Sereniffime Princeps, te  
 literarum studijs operam iugiter nauaffe;  
 quas enim Artes ingenuus, atque robu-  
 stus animus excoluit, eas & amore pro-  
 sequitur, & opitulatione fouet, & patro-  
 cinio sustentat. Nec Romanorum splen-  
 dor ille Mecœnas credatur ad optimas  
 disciplinas sese adiungentibus extitisse præsidio, quòd  
 Fortunæ, sed potiùs animi diuitijs ampliffimis circumflue-  
 ret. Adamas, Rubinus, & pretiosum quodcumque lapil-  
 lorum genus, Regiæ coronæ decus, quamuis ingentis  
 pretij, tamen apud rudes, ac indifertos homines nullam  
 æstimationem adipiscitur. Neque refert, quòd incompara-  
 bili splendore suapte natura, fulgeat, atque detineat; ad-  
 huc enim pretiosiffima gemma, vel rudis, & inculta iacet;  
 vel etsi perpolita præstantis Artificis industria, summisq;  
 laboribus exculta blandiùs rideat, non tamen agrestem  
 animum percellit, cui perspectum haud est, suspiciendam  
 esse, maximaque cum admiratione spectandam, quòd pri-  
 mò sit Naturæ solertis, deinde verò Artis elegantiffimum  
 opus. Iam dudum in hoc literario puluere primos, quos  
 exercui labores, tibi consecratos voluit excelsi tui nominis  
 Maiestas, cœlestis Indoles, eximia Virtus; cùm verò per-



spexerim